


retrórsus omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fenum tectórum : * quod priúsqvam evellátur, exáruit :


De quo non implévit manum suam qui metit, * et

sinum suum qui manípulos cólligit.


Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Dómini super vos : * benediximus vobis in nómine Dómini.



Ant. BENE-DI-XIMUS vobis in nómine Dómi-ni.



Ant. viij. toni. DE profúndis. Ps. 129. clamávi ad te Dómine : *



Dómine exáudi vocem me-am :

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.


Sustínuit ánima mea in

verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.



Ant. DE profúndis clamávi ad te Dómi-ne.